

Rękopisy moje III. 4. N. 30. czyli 25.

1

III. 4. N. 30.

Excerpta [et adnot. in] ~~ex~~ Comment. ~~in~~

Topicor. Ciceronianor.

M. T. Ciceronis ad C. Treb. J.C. lum. Topica

in eadem

Severini Boethii Comment. libri VIII.

Joan. Visorii Comment. libri III.

Bartholomaei Latomi Enarrat.

Ch. Hegendorphini Scholia

Antonii Goveani Comment.

Quibus iam praeter aliorum editionem accessit Comment. incerti Auth. cum adnotat. quibusd. Viti Amerpachii Parisiis apud Thoman Richardum sub Bibliis aureis e regione collegii Remensis 1557.

Specimen Inaugurale exhibens Interpretationem Jurisprud. Tull. in Topicis expositae —— auctore Francisco Godardo van Leyden Leovardensi Friso.

Lugduni Batavorum apud Haak et Socios 1805.

pro, in manum convenisse, quanquam nobis haud leve pondus inesse videtur sententiae Schultingii (ad l.c.) hanc locutionem non Tisoniano, sed ipsi Papiniano adscribendam existimantis. p.27. (99.

Atque, hac ratione hoc loco explicato, invidimus postea in Hotomani Observat. (lib I. c. 21.) cui doctissimo viro plane aliud visum est. Nam legare ab aliquo ita accipit, ut heredem aliquem intelligat, adeoque legatum illud, non ex hereditate desse detrahi velit, sed ex ejus duntaxat parte, qui nominatus est. Itaque et ipsi haudquaquam vir testator fuisse videtur, sed unus ex heredibus institutis: et Fabia non testatoris uxor, sed heredis. Atque tale ponit exemplum. "Valerius heres meus uxori suae, si materfamilias ejus sit, centum dato." eamque " locutionem apud Jctos usitatissimam esse, contendit. — Nos vero licet adsentiamus Hotomanno, apud Jctos ita nonnunquam hanc locutionem occurrere, tamen haud veremur, a summo Jureconsulto hoc quidem loco dissentire, nostramque illam interpretationem veram pronunciare. Nam, primum nemo facile negaverit, Ciceronem tum obscure fuisse locutum; siquidem nostra interpretatio et simplicior et naturali rationi omnino est congruentior. Dein, ipsa verba, si ea uxor materfamilias esset, adeoque in manum convenisset, nobis luculenter favent. Nam, ~~primum nemo facile negavit~~, ut ~~supra~~ puncti supra demonstravimus, tales quidem uxores mariti filiae familias erant loco, nihilque habebant proprium, nisi tenue forte peculium. Atqui, si nunc ipse maritus suae uxori legatum praestare deberet, sibi ipse quodammodo praestaret, quod quidem a ratione alienum esse, res ipsa clamat. (p.28. (99.)

Caput IIdum de Divortio

Cap. 4. §. 19. §. 20.

Quod Pauli fragmentum Justit lib II. Tit. de Delict. Junsser Antecess p. 536. haustum est ex Boëthio ad h. l. Topicorum

Caput III. De Testamentariis similibusque Quaestionib.

C. III. §. 13. Cap. III. §. 16. IV. §. 29. X. §. 44.

Vox pecunia omnes res comprehendit l. 2. §. 1. C. Consit. pecun. Augustinus

de Doctr. Christ. Cap. 6. Tom VII. Opp. p. 585. De pecunia sensu strictiori l. 5. V. S. §. 2. Inst. Ususfr. l. 19. pr. D. de auro arg. legato etc. l. 7. §. 3. D. S. C. Maced. l. 1. D. Condict. Trit. lin. l. 25. §. 6. D. locat. cond. l. 95. D. Legat. III. Donatus in Terent. Phorm. II. 3. v. 26. in primis l. 222. V. S. l. 178. ibid. p. 54 sqq.

Sub argento omni legato, pecuniam numeratam non contineri, manifestum est. l. 27. §. 1. D. l. 19. pr. D. de auro et argento legat. Aliud dicendum si aurum vel argentum signatum legatum est. l. 27. §. 4. de auro et arg. legato. dubitandum tamen non est, vocabulo argenti et pecuniam numeratam contineri. Ita enim Terent. in Phor. V. 6. v. 1. I. 1. v. 4. Plaut. in Pers. IV. 6. v. 1. Quambrem censemus, aetate Ciceronis, vocabulum argenti latiore fuisse sensu adhibitum, quam postea Responsis Sententiisque JCtor. invaluit. Nam et Ulp. lege cit. ait puto, et, nisi evidenter contra sensisse testatorem, appareat. Hobiscum facit et Bern. Walthers Miscellanear. ad Jus pertin. lib. I. c. 3. qui hanc antinomiam ita dissolvendam censet, ut Cicero ad verbi significationem respexerit, Ulpianus vero secundum mentem defuncti locutus sit, idque eo magis, quod in Jure sit frequentissimum, ut in ultimis voluntatibus aliud secundum verba, aliud secundum mentem testator. judicetur. l. 3. §. 9. D. de adim. legat. p. 55. sqq.

Nam si uxori vir legavit omne argentum, cf. Ulp. l. 27. §. 2. D. de auro et argento legato. l. 7. eod. Idem si dixerit aurum suum se legare, intelligendum omne se legasse. l. 8. de auro et arg. legato. l. 7. D. de Tritico vino et oleo etc. l. 25. §. 6. D. de auro et arg. leg. l. 4. §. 2. D. de penu legato. l. 32. §. 4. D. de auro et arg. legato. p. 62. sqq.

ut Crassus ad Sed. hunc locum Cicero, quem in eum tantum finem, adhibeat, ut exempla e similitudine ducta commendet; neque is omnino ullam juris quaestionem, multo etiam minus, dubitationem aliquam habere videatur, de eo verbum addere, et longum et supervacaneum est.

Caput IV. de Ususfr.

Cap. III. §. 15. Cap. eod. §. 17. IV. §. 21.

Domus totum quid significare videtur: aedes vero contraria, in quibus sunt and

et cubilia. Plautus Casina III. 5. v. 31. Isidorus Orig. XV. 3. Sanctii Minerva de Ellipsi IV. 4. sed postea haec distinctio omissa: quapropter si cui ususfruct. domus relictus est, datus quoque aedium l. 7. §. 1. D. de Ususfr. l. 13. §. ult. D. act. Empti. p. 67. /99.

Fructuarius onera rei fructuariae sustinere debet l. un. §. 4. C. de caduc. toll. Arg. legis 10. D. R. J. l. 44. D. de Ususfr. l. 7. §. 2. D. eod. l. 7. C. eod. (p. 69.)

aedes collapsas fructuar. vel haeres restituere non cogunter l. 7. §. 2. l. 65. §. 1. Damno infecto. l. 15. §. 1. de Servit. l. 7. §. 2. Ususfr. Paul. Sent. III. 6. §. 1. l. 5. §. 2. quibus modis Ususfr. vel Usus amit. l. 16. §. 1. C. de Ususfr. l. 2. D. eod. Nam ususfr. non datur solius rei sed speciei l. 34. §. 2. D. de Ususfr. l. 5. §. 2. D. quibus modis Ususfr. Idem de Servis intelligendum, qui pro rebus habentur Aust. Blck I. 3. l. 2. l. 27. D. ad L. A. l. 78. §. 1. Adil edict. l. 3. D. de Jurisdict. in Tit. D. si famil. furt. fecisse dicatur. p. 70. /99.

Ex l. III. §. 17. Ciceron. Topicor. nullam distinctionem tempore Ciceronis inter usumfr. et quasi usumfr. fuisse adparet. Natura non patitur duo contraria in eodem obiecto l. 2. D. Ususfr. ear. rerum quae usu consum. §. 2. Inst. Ususfr. Itaque vero latum Ususfr. tempore liberae Reipubl. usi sunt Romani. Postea cum principes planta pro legib. vigerent l. 1. D. de Const. Principum quo factum est ut S. C. conderetur, de ususfr. rerum earum, quae usu consumantur vel minuantur: cujus rei pleni sunt libri Juris nostri. Arbitrantur W. & D. sub Augusto vel Tib. conditum fuisse l. 5. §. 1. l. 3. D. Ususfr. ear. rer. quae usu Nam altera lege Interpres S. C. Massurius Sabin. dicatur in altera Nerva et Cassius, qui sub Tib. floruere l. 2. §. 47. O. J. Schulting ad Ulp. XXIV. §. 27. Verba S. C. non exstant, sententias vero ejus ex l. 1. D. de Ususfr. ear. rer. l. 2. de Usu et Ususfr. legato. l. 69. ad L. Falcid. p. 74. /99.

Quaeritur jam, an quasi ususfr. ipsius Senat. Cons. debeatur verbis, an vero Prudent. interpretat. Annuit huic opin. l. 2. D. de Ususfr. ear. rer. Sed Ulpianus contra disertis verbis loquitur l. 11. D. de Ususfr. ear. rer. Quapropter duo S. C. fuisse capita apparet l. 1. D. de Usu et Ususfr. legato.

ad. C. 3. §. 2. Cicer. Top. cf. l. 19. D. quib. modis Ususfr. vel Usus amitt. l. 3. §. 2. C. de Ususfr.

Caput V. de Juribus praed. rust. et urb.

Cap. III. §. 12. IV. §. 22. §. 23. §. 24. IX. §. 38. 39. X. §. 43

Primum de Cap. IV. §. 22. loquendum. Quid sit paries cf. Ciceronis Clavis ed. Ernesti h. v. (paries) Licitum erat parieti parietem adiungere dummodo de damno caveatur l. 27. §. 10. D. ad L. A. Ad reliqua cf. l. 15. §. 2. 3. 5. D. damno infecto. l. 15. §. 1. l. 28. l. 40. D. eod. l. 24. §. 2. sqq. l. 43. D. eod. Paulus V. 9. §. 1. 2. cf. Hotomani Observ. I. 24. p. 86. seq.

Deinde Cap. IV. §. 23. X. §. 43. de Arbitro l. 43. §. 2. D. de fideicomm. libert. l. 7. D. fin. regund. Terent. Heauton III. 1. 93. Sueton. Otho c. 4. Cic. de Off. I. 10. Val. Max. VII. 3. Cicero de Legg. I. 21. Boëthius ad l. l. Arbitri fin. regundor. sunt, qui finalia litigia discernunt, et, quum esset orta de finibus contentio, eor. diiudicatur. arbitr. cf. Noodt in Comment. ad Tit. D. fin. regundor. arbitrum adigere Festus adigas dare cogas. cf. Turneb. advers. lib XXV. 23. Cicero Off. III. 17. pro Roscio Comoedo c. 4. p. 89. sqq. Similiter arbiter et in aquae nocentis judicio l. 24. pr. D. de aqua et aquae pl. arc. l. 1. §. 7. l. 2. §. 9. D. eod. Festus in ... ingiustum esse continere Cicero pro Murena c. 10. In praed. urbas, quum arbitrum sumas haud necess. cum aedes certo fine determinentur. l. 2. l. 4. §. 10. D. fin. regundor. nam haec actio dominis praed. tantum competit §. 20. Just. de Act. de actione ipsa cf. l. 1. §. 1. D. de aqua et aquae pluv. l. 1. §. 17. ibid. §. 19. et 20. D. ibid. cf. l. 1 D. de aqua quotid. et aestiva ibique §§. 15. 16. 17. 18. 23. 29.

Mox Cap. IV. §. 24. de suggrundiis et protectionib. l. 3. §. 5. 6. D. Uti possid. l. 242. §. 1. D. V. S. l. 2. D. Servit. Praed. Urb. de proiectis sub. cf. Isidor. Origg. XV. 3.

Statim Cap. IX. §. 38. 39. quid sit aqua pluv. l. 1. §. 1. D. de aqua et aqua pluv. Frontin de Limit. agror. p. 43. Cicero pro Muren. c. 9. cf. l. 1. §. 1. D. de Fonte l. 11. D. quod vi aut clam. Aqua pluvia nocens

nomus totum quo significare ...

ex opere manu facto l. 1. §. 1. l. 11. §. 6. D. de aqua et aqua pluv. l. 1. §. 1. l. 14. §. 1. D. ibid.

Cap. VI.

de Quaestionib. Miscell. Jurid.

§. 1.

Generat. quaedam de Jure Naturali et Civili.

Cap. II. §. 9. V. §. 28. VII. §. 31. XXI. §. 82.

Aequum apud Ciceronem l. l. idem est quod par seu aequale Sueton in Augusto c. 79. Neque aequitas semper significat aequanimitatem, quippe Seneca (ep. 30. cf. Brisson h. v.) prima pars aequit. inquit est aequalitas. Jus Civile definit Celsus l. 1. D. J. et J. Ciceroniana definit Juris civilis operilur et in l. 6. D. de Just. et Jure cf. Gaius Inst. lib. I Tit 1. (NB Paulii Sententiam, S. C. habuisse vim legum, refutavit Leger. Observ. Juris Civil. c. 3.) Quales species juris scripti leges dicantur cf. §. 3. J. de J. N. et G. NB quoque species juris civilis l. 32. §. 1. D. de Legg. §. 9. J. Jure N. G. et Civ. cf. l. 13. C. de Sent et Interloc ubi traditur Aequit. et Res jud. ad morem non referri. Consuetudo quid l. 37. de Legib.

Sub voce Cognitionis et Actionis intelligit noster, quod nos Quaestionem Theoreticam et Pract. dicimus: hac de re de Legib. I. 6. 10.

§. 2.

Jure Commercii. et Adquirendo Domin.

Cap. V. §. 28. VIII. §. 37. X. §. 45.

De rebus mancipi et nec mancipi v. Bynkershoek in Opusculis varii Argum. Pars I. p. 105. sqq. Conradi de veris mancipi et nec mancipi rer. diff. Helmstadt 1739. Meerman Lugd. B. 1741. de Origine rer. man. et nec manc. Hommel in Opuscul. Jur. universi ed. C. G. Roessig Pars I. p. 443. sqq.

Mancipatio est alienatio quae non est abalienatio. Wissenbach in Vindi

Thes. de Matrim Diss. III. §. 9. p. 519.
inter quos ex Jurisc. Gaius Inst. lib. 1. tit. 6. §. 3. Ulp. frag. XIX. §. 4. Schulting ad h. l. Varro R. R. III. 16.

in usu est: Inst. II. tit. 1. Gaii (Juris pr. ante Just.) de Jure plen. trad. Just. 40. R. D. Theophil ad h. l. φυσικὸς τρόπος κτήσεως ἐστὶ καὶ ὁ τῆς τραδιτίονος. καὶ τί ἐστι τραδιτίων; ἡ ἀπὸ χειρὸς εἰς χεῖρα μετάθεσις, ἐναπάλλακτον καὶ ἀπερίεργον καὶ φυσικὴν τὴν πρᾶξιν ἔχουσα. οὐδὲν γὰρ οὕτω τῇ φύσει συνάδει, ἢ τὸ βέβαιαν εἶναι τὴν τοῦ δεσπότου γνώμην, τὸ οἰκεῖον πρᾶγμα μετατιθέντος εἰς ἕτερον. cf. de Credit natural. Cujacius Observat XI. 19. Plauti Rudens IV. 3. v. 85.

de Nexu Schulting (ad Paulum II. 17. §. 3.) p. 292. Trebell. de Test. fact. c. 3. §. 9. p. 66. sqq. Meerman l. c. p. 104. ad

ad lexit. mod. dom. acquir. spectat Ulp. XIX. §. 2. §. 2. ult. J. de Libert. Theophil. Varro R. R. II. 10. l. 32. pr. D. de usurp. et Usucap. l. 87. D. de Furto l. 20. Cod. de Pactis Menll. Obser. VIII. c. 38. et ad §. 40. Just. R. D.

Donatio (C. VIII. §. 37.) comprehendit donens et dans l. 1. D. de Donat. quid sit Donat l. 29. l. 19. §. 2. D. Donat. l. 10. C. eod. l. 35. §. 1. de M. Caus. Donat. l. 23. D. Donat inter V. et U. l. 2. l. 12. l. 22. D. Ind.

§. 3.

De Jure Civitatis et Personar.

Cap. II. §. 10. ~~§. 4.~~ Si neque censu etc. — Cum lex Aelia. C. VI. §. 29.

Agit primum de titulo libertatis Tit I. Ulp. ibique Schulting Cajus Inst. I. 1. §. 1. ibique Schulting. Utrum ejusmodi servus, statim ac census esset. an vero demum post lustrum conditum liber fieret. Cicero de Orat lib I. 40. Cujacius Observ. XVII. 20. existimat, diem, quo quis lustratus est inter Cives Romanos, retrotrahi ad diem, quo quis census est manumissionis causa. Cujus rei hoc adfert argumentum: in Fragmento veteris JCti, (p. 803. sqq. Schulting Jurisprud.) quem Cujacius

omnes totum quo ...

lustrum esse credit, „omnia quae censu aguntur, lustro confirmantur." Atqui, inquit, Cujacius, quae confirmantur retrotrahuntur. l. 40. D. de Mortis causa Donat. l. 25. Cod. de Donat. inter V. et U. Enimvero, ut hoc utar, interdum lustrum non sequebatur censum, ubi si annus esset funestus, cujus exemplum est apud Livium lib. III. 22. Et tunc, ut ratae essent, quae acta erant in censu, ad confirmat. lege peculiari opus fuisse videtur. — Sed ex hac dissensione et praecipue ex loco illo Ciceronis, quem adtulimus, error natus est Jano a Costa (ad §. 1. Inst. de Libertin.) cogitanti, opus fuisse servo, ut liber esset fieret, ut dominus quinque annis continuis, id est, in lustro, in eadem voluntate perseveraret: interea vero ipsum etiam poenitentia ductum libertatem revocare potuisse. Atque vero unicuique patet, longe diversam esse quaestionem, an a tempore census vel lustri seu lustrationis omnia confirmentur, quae in censu erant acta, ab ea quaestione, an toto illo quinquennio dominus voluntatem suam revocare queat. — De fatis Jurisprudentiae in hac re cf. l. 1. 2. C. De his qui in Eccles. manumitt. l. 1. C. Theod. de Manum. in Eccles. Hist. Eccles. lib. I. c. 9. auctore Sozomeno. Theophilus ad Tit. de libertinis lib. finem.

Cap. II. §. 10. lex Aelia Sentia. Vindex ex Boëthio explicat. Cujacius Observ. V. 29. Quod tamen vehementer dubito (quod Chariat vel Praedicatores leg. tes ut Cujacius vult) an vere a Summo Viro dicatur. Certe, argumenta hujus conjecturae satis firma desideraveris. Hoc cuicuimodi sit, de reliquis hujus vocis notioribus cf. Heinec. ad d. l. Russonii, Voorda Elect. cap. 25. Cujacius Observat. III. 14. et Gellius XVI. 10. Quinctil. Inst. IV. 10. Heinec. l. c. Gronov. de pecun. veter. IV. 9. Quid sit locuples v. l. 234. §. 1. V. S. lex Aelia Sentia lata erat tempore Augusti, U. C. 755. Ernesti in Clavi Cicer. p. 6. inducenda verba Aeliae Sentiae esse putat. cf. Ottonis Praefat. ad Thes. J. R. Tom. III. p. 26. p. 80. ibique J. Gothofred. qui Emendat. hujus loci in Notis ad XII. Tab. leg. p. 157. proposuit cuique adsentitur Gravina. — Sed, non tantum nobis sumimus, ut de sententia Erne-

Piana pronunciare audimus. Id unum dicimus argumentis, quae protert Ernestus, valde nobis arridere, ob rationes ab ipso allatas. Ernestiana tam emendat probat J. van Vossen. Animadversionum Hist. Lo..ia..Cu..Licar. ad Fastos Romanos Lanos p. 68. et 69. Neque rationem habendam esse correctionis vel Heineccii Histor J. R. lib I. 3. §. 49. in notas probantis sentent. Norisii (Dissert. III. ad cenotaph. Pisana cap. 9. p. 423.) vel tandem Cannegieteri Observ. J. R. lib I. 2. p. 10. Denique quod a nonnullis hoc Ciceronis loco legitur Aelia Sentia, id vero perperam videtur, et nulla, quod sciam, talis lex occurrit. Egit item de lege hac Fúdo – Aelia Sentia Arntzen in Dissert ad l. 2. D. de in Jus voc. p. 269. ad calcem Miscellaneor.

Caput Xmu

De varii argumenti Quaestionibus

§. 1. de Tutelis

Cap. VIII. §. 33. XI. §. 46.

ad cap. 8. §. 33. cf. l. 52. C. de Episc. et Cler. Ulp. XI. In doctrina quidem de stipulationibus, multa post Ciceronem mutavit JCtor. auctoritas, qui Juris rigido Lyllege Opuscul. Varior. Heineccianorum. et Brisson. de Formulis.

ad cap. 9. §. 46. de Tutela Ulp. XI. pr. Cicero pro Murena c. 12. Cujac. Observ. XXII. 20. Everh. Otto de perpetua foeminar. tutela. Ceterum, quod speciali lege aliquando fuerit concessum, ut mulieres quaedam tutela liberarentur, alia res est. Ita Liviae et Octav. libertas data est, τὰ ἑαυτῶν ἄνευ κυρίου διοικεῖν, ut Dio Cass. XLIX. p. 414. Cujac. Obser. VII. 11. At negotia ipsa mulieres ~~administrare~~ obire potuerunt Tertul. de velandis virginib. c. 12. Ad nostrum locum respicit quoque Quint. Inst. V. 10. Quapropter videtur oratoriis amplificationi illud Catonis apud Liv. 34. 2. Majores nostri, nullam ne privatam quidem rem agere feminas sine auctore voluerunt. Nos vero ipsum audiamus Ulpianum XI. §. 27. Ex quibus JCti verbis apte nobis colligere videtur Schulting recte mulieribus potuisse solvi; siquidem quaedam sunt negotia non Juris

Civilis sed Gentium (l. 17. §. 1. D. de Poen. l. 15. D. de Interd. et Relegat.) atque huc pertinet Ulp. XI. §. 25. Tutelam fuisse abrogatam sexus (ex Juris Romani principiis patet pr. J. Quib. mod. tut. fin. pr. J. de Curat. Voetius ad Tit. D. de Tutelis. Plura habet Cujac. Observat. XXII. 20. VII. 11. Edvard. Variar. Lib. I. 10. II. 10. Everhard Otto de perpetua foeminar. tutela.

§. 2. de Contractib. et judiciis B. fidei.

Cap. IX. §. 40. X. §. 42. XVII. §. ult. et in fine Topicar. Itemque apud (?) liberales.

Cap. I. §. 40 dolus malus Cicero de Off. III. 14. et Julius Paul. Sent. I. 8. §. 1. et l. 1. §. 2. D. de D. Malo l. 7. §. 9. de Pactis. Ger. Noodt, de Forma emendandi Doli mali cap. 2. Cujacius ad l. c. Julii Pauli et in Paratitlis ad Tit. de Dolo malo. Observandum l. c. Ulpianum dicere Labeonis sententiam veram esse; hoc enim significat Servii definitionem haud falsam esse, (?) intelligens, raro veteres accuratis et justis definit uti solere. Quae itaque ut concludamus videtur et Labeo et Ulp. ea fuisse mens ut moneret, haud captanda esse verba Servii, sed sano sensu accipienda. Hottomanus Observ. I. 19. Bachov ad Tit. D. de Doll. in falsam esse Labeonis definit, putat quod refutat Hasenus in Digress. Justin. Lib I. c. 25. in Praelect. ad Tit. de Dolo Malo §. 2.

Cap. X. §. 42. huc pertinet l. 1. pr. D. de Procurat. Fiducia est pignus, quod Creditori mancipatur aut in Jure ceditur, ea lege, ut soluta ad diem pecunia remittatur: cum alias pignoris dominium in Creditorem non transferatur ~~(?)~~ ~~(?)~~. l. 12. pr. D. distr. pign. et hypoth. l. 35. §. 1. D. pign. act. Isidor Orig. V. 25. Ceterum proud pignus bonae fidei est, ita et fiducia. In iure Just. fiducia non occurrit cum sufficeat discrimina rerum manc. et nec mancip. sustulerit l. 1. C. de Usucap. transform. Attamen diu durasse fiducia videtur ex lex ult. C. de Pactis pign. Paulus II. 13. §. 1. non de fiducia sed de lege Commiss. pignorum agit auctore Schulting ad h. l. contra Cujacium ad l. c. Eadem ratione qua mutuum, Commodat, Deposit, Pignus (?) et pro ipsis Contract. et pro aliis, quibus intervenientibus illi

contrahentis incumbit, ita et fiducia fuerit pro contrahente, unde actio fiduciae, apud Paul. S. C. l. c. De fiducia cf. J. Cothofr. ad l. un. C. Theod. de commissor. rescind. Noodt Observat. II. 7. 8. Cujacius ad Paulum l. c. et alii, Brisson in voce

cap. 17. § 66. cf. Cicero pro Roscio Comoedo IV. et Hott ad h. l. (extantem reti)neri cf. Sigon. de Judic. I. 21. in f. Hotoman l. d. qui ait ipsa judicia bonae fidei, ita fuisse appellata, pro judiciis, in quibus addebatur ex fide bona.

Sciique quod jure lib. vend. cf. l. 66. D. in f. Contrah. Empt. l. 241. V. S. l. 17. § 6. D. act. Empt et vend. l. 38. § 2. ibid. l. 21. D. de Institoria vel Jussu (Quod) jussu. Cicero de Orat. II. 55. Partit. c. 31. Festus in voce.

§. 3. Verbor. Significatione

Cap. VII. § 32. VIII. § 26.

Littus quo fluctus alluit. Quin. dil. Just. V. cap. ult. de definit. litteris § 3. Just. R. D. l. 96. V. S. l. 112. V. S. Schulting ad l. 96. pr. V. S.

Postlim (c. 8. § 36) § 5. Just. quib. modis Jus patr. p. solv. Menag. Amoenit. Juris cap. 39. p. 295. Jure Belli et Pacis Grotius III. 9. § 1. Salmas. Observ. ad Jus Att. et R. Schulting passim. Scaliger ad Festum in voce. Plutarchus in Quaest. Rom. II. Tom. Op. p. 264. putat idem ius esse ut apud Graecos δρα δε, μη και ταυτα τροπον τινα τοις Ελληνικοις εοικεν. De Origine Postliminii neque ... de Jure postl. l. 32. § 1. D. de hered. instituend. l. 19. pr. de Captivis et Postlim. l. 14. ibid. l. 15. de Usu. seu Usurp. l. 15. D. de Suis et legit. hered. l. 28. D. de Capt. et Postl. l. 26. Relig. Grotius de J. B. et P. III. 9. 16. Majans de Postl. in Op. T. 1. p. 235.

Mancinus Consul fuit A. U. C. 615. A. Chr. 137. de illo pluribus locis Cicero de Orat. I. 40. Off. III. 30. Brutus 27. pro Caecina 34. cf. Freinsheimii Suppl. Liv. 40. 9. 41. 1. cf. ipse Liv. 9. cap. 11.

Excerpta in Topic. Cicero.
et scripsi Revel. d. 28. Feb. 1818.

Ex Comment. Boëthii.

Sed cum in M. Tullii Topica Victorinus rhetor plurimae in disserendi arte notitiae, commenta conscripserit: non me opotuisse melioribus forsitan attentata contingere, ni esset aliquid, quo se noster quoque labor exercere atque parare potuisset. — Quatuor voluminib. Victorinus in Topica conscriptis, eorum primo in declarandis tantum libri principiis occupatur. addit etiam si quae in eodem volumine praedicenda fuisse perpendit — — secundo volumine de iudicandi atque inveniendi dialecticae partibus et de locorum atque argumenti definitione pertractat — ~~tertio ita ut tertius quidem~~ Tertius vero atque quartus discretionem locorum inter se, eorumque exempla multiformiter persequuntur: ita ut tertius quidem Tulliana sibi de iure proponat exempla: quartus vero eosdem locos per alias rursus similitudines monstret ex Virgilio vel Terentio poëtis; oratoribus Cicerone et Catone.

Quanta vero pars reliqua Topicorum sit, ipsius voluminis magnitudo demonstrat, quam Victorinus neque attingit, neque attingere potuisset ita rebus minimis immoratus, nisi opus multa librorum pluraliter distenderet.

Nec si quis haec apud Victorinum latius tractare reperiat, nos neglectae integritatis stringat invidia. nam nec in singulis (ut ille fecit) verbis haerere volumus, et ad ampliora huius operis festinamus.

Ex his etiam quae superius dicta sunt, quid distent Topica Ciceronis atque Aristotelis apparuit. Aristoteles namque de maximis propositionibus disserit: has enim locos argumentor. esse posuit, ut nos quoque superius retulimus. Tullius vero locos, non maximas propositiones, sed earum continentes differentias, vocat: ac de his docere contendit. p. 11.

Erat etiam al pars altera adipiscendae libertatis, quae vindicta vocabatur. Vindicta vero, est virgula quaedam, quam lictor manumittendi servi capiti imponens, eundem servum in libertatem vindicabat, dicens quaedam verba solemnia: atque ideo illa virgula, vindicta vocabatur.

Ex notatione autem locus vocatus est: quia nomen omnem rem notat atque significat. Vindex igitur est qui alterius causam suscipit vindicandam: veluti quos nunc procuratores vocamus. citat h. l. v. Lynden.

Lex igitur Aelia Sentia assiduo vindicem assiduum esse iubet. Quaeritur utrum, cum lex Aelia Sentia vindicem velit esse assiduo assiduum, locupletem velit locupleti. Hic igitur subiectus quidem terminus est, lex Aelia Sentia vindicem volens assiduo assiduum, praedicatus vero, locupletem locupleti, ipsos igitur terminos non possum ad fidem quaestionis adducere. de ipsis enim de quibus ambigitur nulla effici fides potest. Quaero igitur quid in ipsorum altero sit: ac video unum eorum terminum esse legem Aeliam Sentiam, quae assiduum assiduo vindicem esse decernat, ~~[illegible]~~ Sed paulo confusius a Cicerone dicta argumentatio, maximum praestat errorem. Ita enim dici oportuit, Assiduus est, qui assem dat: qui vero assem dat, locuples est. assiduus igitur locuples est. Lex autem Aelia Sentia assiduum assiduo esse

vindicem iubet: locupletem igitur locupleti vindicem esse praecipit. Quod si ita
dictum esset, apertior argumentatio fuisset. Nunc vero ita dixit, cum lex Aelia
Sentia assiduo esse vindicem iuberet esse locupletem locupleti esse praecipit
tanquam si diceret, qui assiduus est locuples est. Nisi enim is qui assiduus est, lo-
cuples sit: non consequitur, ut cum Aelia Sentia assiduum assiduo vindicem esse
jusserit, locupletem jubeat locupleti. Et argumenti conclusionem prius posuit:
ieit vero probationem. Conclusio namque est, Cum lex Aelia Sentia assiduum
assiduo vindicem velit esse, locupletem jubet locupleti: atque hanc praemisit.
Probatio vero est, assiduum esse locupletem, ab aere dando nominatim: et hanc
intulit conclusioni.

Quoniam. Quidam testamento mulieri argentum omne legaverat: Quaeritur an ei etiam
numerata pecunia legata sit. Numerata igitur pecunia, in hac quaestione subiectum
est, legata vero, praedicatum. Considero igitur in alterutro eorum quidnam insit: ut ex
eo quod in ipso est, aliquod argumentum requiram. video subiectum terminum, qui
est numerata pecunia: habere argentum genus, quod scilicet affectum est ad spe-
ciem suam ad quam refertur. Quae enim ad se invicem referuntur, affecta
sunt. ergo quoniam argentum omne legatum est, et genus speciem propriam
relinquit: necesse est ut numerata quoque pecunia sit legata. Nam cum omne
nomen generis legatum sit, nihil de speciebus videtur exceptum.

A forma generis. Uxoris species sunt duae: una matrumf. altera usu. sed communi generis no-
mine uxores vocantur. Fit vero id saepe ut species iisdem nominib nuncupentur quib
et genera. materfam. non poterat, nisi convenisset in manum. haec autem certa erat
species nuptiarum. Tribus enim modis uxor habebatur: usu, farre, coemptione. sed con-
farreatio solis pontificibus conveniebat. Quae autem in manum per coemptionem
convenerant, hae matresfam. vocabantur. Quae vero usu vel farre, minime. Coemptio
vero certis solennitatibus peragebatur, et sese in coemendo invicem interrogabant, vir
ita: an sibi mulier materfam. esse vellet. Illa respondebat, velle. Item mulier in-
terrogabat, an vir sibi mulier paterfam. esse vellet. ille respondebat velle. Itaque
mulier, viri conveniebat in manum. et vocabantur hae nuptiae, per coemptionem.
et erat mulier materfam. viro loco filiae. Quam solennitatem in suis institu-
tis Ulpianus exponit.

A differentia. Plurimum differt, argentum in arcane positum sit, an in nominibus
debeatur. Nam quae posita in arca pecunia est, cuius est nostri: in nominibus vero de-
bita, non est nostra. nam quod mutuum datur, ex meo fit accipientis. atque ideo non
cogitur eandem ipsam pecuniam debitor restituere creditori, sed aliam tantam. In arca
vero posita pecunia et in nominibus debita: non sunt argenti vel pecuniae species
sed differentiae.

Ea sunt inter se contraria. A contrario igitur similiter argumentum, hoc modo, Utimur his
quae nobis utentibus permanent, his vero abutimur, quae nobis utentibus pereunt. ergo
cum permanere ac perire contraria sint, usus quoque atque abusus contraria necesse est
iudicentur. quod si cetera quidem utendo permanent, cellae autem vinariae atque
oleariae utendo consumuntur: aliarum quidem rerum usus fructus esse potest

penus vero non potest usus esse, sed potius abusus. Ergo cum vir uxori usumfructum bonorum legaverit: non potuit legare contrarium, quod est abusus. est vero abusus vini atque olei. vinum igitur atque oleum ad usumfructum mulieris non potest pertinere.

Ab adiunctis. Capitis deminutio est prioris status permutatio. Id multis fieri modis solet, vel maxima, vel media, vel minima. Maxima est, cum et libertas et civitas amittitur, ut deportatio. Media vero, in qua civitas amittitur, et retinetur libertas, ut in Latinas colonias transmigratio. Minima cum nec civitas, nec libertas amittitur, sed status prioris qualitas minuitur, velut adoptio: aut quibuslibet aliis modis prior status, retenta civitate, poterit immutari. Mulieres vero antiquo iure tutela perpetua continebat. Recedebant vero a tutoris potestate, quae in manum viri convenissent. itaque fiebat eis prioris status permutatio: et erat capite deminuta, quae viri convenisset in manum. Quaedam igitur quae se nunquam capite diminuisset, id est, quae in manum viri minime convenisset: si non tutoris authoritate testamentum fecit, Quaeritur an secundum eius tabulas ex edicto Praetoris debeat dari possessio. Hic subiectus quidem terminus, mulieris nunquam capite deminutae tabulae. praedicatus vero, possessionis causa. Sumitur ergo ab adiunctis argumentum, hoc modo, Nam si secundum mulieris tabulas nunquam capite deminutae possessio detur: nihil causae est cur non secundum puerorum quoque et servorum tabulas ex edicto praetoris poss. detur. Quid enim efficere potest, ne secundum mulieris nunquam capite diminutae tabulas possessio deferatur? id scilicet, quod ea quae testamentum confecerat, sui non fuerit iuris. quod idem de pueris et de servis dici potest.

Ab antecedent. Civitatis Romanae iure liberi retinentur in patrum arbitrio, usque dum tertia mancipatione solvantur. Ergo si quando divortium intercessisset culpa mulieris, parte quadam dotis pro liberorum numero multabatur. De qua re Paulus Instit. libri undecimi titulo, De dotibus, ita disseruit. Si divortium est matrimonii, et hoc sine ~~aut~~ culpa mulieris factum est, dos integra repetetur: quod si culpa mulieris factum est divortium, in singulos liberos sexta pars dotis a marito retinetur, usque ad mediam partem duntaxat dotis. Quare quoniam quod ex dote conquiritur, liberorum est, qui liberi in patris potestate sunt; id apud virum necesse est permanere. Hic subiectum quidem est, factum divortium a muliere nuntiatum. praedicatum vero, apud virum sextae partis dotis post divortium permansio.

A consequent. Non autem omnib. erat connubium ~~[illegible]~~ cum Romanis: nec erant nuptiae iure contractae, quae non aut inter civem Romanum civemque Romanam inibantur: aut cui princeps populusve civitatem, vel connubium permisisset, eo scilicet modo, ut in potestatem parentum liberi redigerentur. Illud quoque videndum, quod ex impari matrimonio suscepti non patrem sed matrem sequuntur. Ergo quaedam Romana vel cum Latino vel cum peregrino, vel cum servo, cum quo connubium non erat, nuptias fecit: dotem contulit, factoque inter eos divortio, contenditur, an nuptae mulieris

cum eo cum quo connubii ius non erat, apud virum dotis pars post divortium debeat permanere. — Concluditur argumentatio, quoniam non permisso connubio, nihil pro liberis ~~dotis nomine~~ manere debet; quando quidem non patrem filii, sed matrem sequuntur.

Damni infecti Damni infecti promissio est, quoties quis promittit, si quod damnum eius opera contigerit, sua restitutione esse pensandum. Ius autem est parieti communi parietem alium vel fornicatum id est arcum habentem vel directum continuumque coniungere. — — paries fornicatus id est arcum habens vel signinam fabricam sustinens. — — fornicati parietis non ea natura est ut suspendi queat. —

in manum Omnia viri dotis nomine fieri, quaecunque mulieris fuere. Ipsa igitur in manus conventio omnia quae mulieris fuere viri facit dotis nomine, non praecedenti tempore, sed statim propria vi natura. nam ut in manum quaeque convenerit, mox ejus bona dotis nomine virum sequuntur.

quod valet in maiore etc. Regi fines dicuntur, quoties unusquisque ager propriis finibus terminatur. Arcet vero aquam qui eam, qui eam per sua spatia meare non patitur. Igitur argumentum sic. Quoniam plus est regi fines, minus vero arceri aquam: si in civitate fines non reguntur, quod maius est, ne id quidem quod minus est fiet, ut aqua in civitate arceatur.

A paribus etc. plurimarum igitur rerum usucapio annua est, ut si quis eis anno continuo fuerit usus, id firma iuris authoritate possideat, velut rem mobilem. Fundi vero usucapio biennii temporis spatio continentur. De aedibus in lege nihil ascriptum est. Quaeritur ergo usus aedium, an biennio aequatur? Faciamus a paribus argumentationem: et quoniam immobilium aequa possessio est, aedes vero immobiles sunt, ut biennio fundus usucapitur, ita etiam oportet aedes usucapere biennio possidentem: aequitas enim paribus in rebus paria iura desiderat.

Ut si ita responderis Solum ambitus aedium est, quantum soli aedium ambitus claudit. Sola igitur dixit id esse ambitus aedium solum, quod tecti diffusione tegeretur. Manifestum est enim tecta latius fundi, nec parietibus adaequari, ut stilicidium longius cadat. Quod cum ita sint, quidam parietem communem tegere nitebatur. quaeritur an sit aliquod ius tegendi. Respondeas hoc, inquit, C. Trebati, id ius esse tegendi parietis communis, ut in eius qui tegat aliud quodlibet tectum stilicidii aqua fundatur. alias non esse iuris, ut tegat quis parietem, stillicidio in vicini tecta defluente. Hac enim stillicidii servitus nova, nisi consentiente vicino, nihil iuris habet. — — Ius est igitur proiicere tectum, quia intra ambitum adhuc stratum aedium tegit: sed ita ut in suum tectum aqua defluat, nec vicino nova noceat servitute.

his igitur v. Comm. in rubr. Vis. scriptum.

quae tangi demonstrarive non possunt Homines quoque qui in eadem gentilitate sunt, corporei sunt. Ipsa vero gentilitas, id est, communis nominis liberorum societas, ut Scipionum, Nasicorum et Brutorum, certe incorporea est: sed quaedam earum rerum incorporalis animi conceptio est atque intelligentia, quam notionem vocavit.

Lex igitur est quam populus centuriatis comitiis sciverit. Senatus C. sunt, quae fuerint senatus authoritate decreta. Res iudicatae sunt, quae inter eos qui super aliqua re

sententia iudicum fuerint constitutae: quarum exemplo caeteri quoque iudicantur. Jurisperitorum autoritas est, eorum qui ex duodecim tabulis vel ex edictis magistratuum fuerint ius civile interpretati sunt, probatae civium iudiciis creditaeque sententiae. Edicta magistratuum sunt, quae praetores urbani vel peregrini, vel Aediles curules iura dixere. Mos est quod in civitate solitum est fieri. Aequitas est, quod naturalis ratio persuasit.

Abalienatio Nam iure civili fieri aliquid non inter alios, nisi inter cives Romanos, potest: quorum est etiam ius civile, quod XII. Tab. continetur. Omnes vero res quae abalienari possunt, id est quae a nostro ad alterius transire dominium possunt, mancipi dictae sunt. Mancipi res veteres appellabant, quae ita abalienabantur, ut ea abalienatio per quandam nexus fieret solennitatem. Nexus vero est quaedam iuris solennitas, quae fiebat eo modo quo in Instit. Cajus exponit. Ejusdem autem Caji libro I. Instit. de nexu faciendo, haec verba sunt: Est autem mancipatio, ut et supra quoque indicavimus, imaginaria quaedam venditio, quod ipsum ius proprium Rom. est civium. eaque res ita agitur, adhibitis non minus quam quinque testibus civibus Rom. puberibus: et praeterea alio ejusdem conditionis qui libram aeneam teneat, qui appellatur libripens. is qui mancipium accipit, aes tenens ita dicit, Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum esse aio, isque mihi emptus est hoc aere, aeneaque libra. Deinde aere percutit libram, idque aes dat ei a quo mancipium accipit, quasi pretii loco. Quaecunque igitur res ex lege XII. Tab. aliter, nisi per hanc solennitatem, abalienari non poterant. sui juris autem caeterae res, nec mancipi vocabantur. Eadem vero etiam in iure cedebantur. Cessio vero tali fiebat modo, ut secundo commentario idem Cajus exposuit: In iure autem cessio fit hoc modo. Apud magistratum populi Rom. vel apud praetorem vel apud praesidem provinciae, is cui res in iure ceditur, rem tenens ita vindicat Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum esse aio. deinde postquam hic vindicaverit, praetor interrogat eum qui cedit, an contra vindicat. quo negante, aut tacente, tunc ei qui vindicaverit, eam rem addicit; idque legis actio vocabatur. Res igitur quae mancipi sunt, aut nexu, ut dictum est, abalienabantur, aut iure cessione. Has autem solennitates quasdam esse juris, ex superioribus Caji verbis ostenditur. At si eas res quae mancipi est, nulla solennitate interpositas tradatur, abalienari non poterit, nisi ab eo cui traditur, usucapiatur.

Sunt et alia Hunc locum Victorinus andus voluminis serie aggressus exponere, et omnes definitionum differentias enumerare, multas interserit, quae definitiones esse ab omnibus reclamantur.

Sed ego Tullius petit, atque, se non aliter ab exemplis notionibus Trebatio recessurum, quam si necessitas cogat.

ut si partiri. Itaque si tale est quod dividis, talesque sunt partes quas ad divisionem sumis, quas non in difficulter intelligentia comprehendat: vitium erit, si quid omiseris. velut si tutelas partiaris. Tutela quippe quatuor fere modis est. aut enim consanguinitatis gradu, aut patronatus iure defertur, aut testamento patris tutor eligitur, aut urbani praet. iurisdictione formatur. et sunt fortasse plures, sed nunc ista sufficiunt. Hic igitur et paucae partes et faciles comprehensibiles. At si stipulationum formulas et iudiciorum comprehendere velis: quoniam multae in his partes sunt: non erit vitiosum, si quid

amissus. improprium vero est exemplum partium, quod de tutelis est dictum. magis enim ut genus in formas quam ut totum in partes, tutela divisa est. Nam sive per consanguinitatem sit tutor, sive patronatus iure, sive ceteris modis: integrum tutelae ius habet, quod in singulis partibus non solet evenire, ut totius integrum capiant nomen. Ita ut conveniens videatur exemplum, requirendae sunt tales tutelarum partes, quae iunctae tutelam efficere possint, non quae singulae tutelae nomine designentur. quod nescio an quisquam iuris peritiae professorum, tales tutelae partes ediderit.

<u>ut si aquam pluviam eam modo intelligeremus</u> Aqua pluvia est, quae pluendo colligitur et crescit. Pluendo vero atque pluvia coniugata sunt: in uno enim eodemque vocabulo diversus nominum terminus differentiam facit. Item, Ius est aquam pluviam arceri, id est, ut si in alicuius agro pluvia aqua colligatur, et in alterius agrum defluat, eaque vicini finibus nocitura concrescat, arceat eam finis finibus ille cuius id sua putat interesse ne defluat. Si fluvius igitur pluvia creverit, quaeritur an debeat arceri. Respondetur, inquit Mucius, quoniam aqua pluvia a pluendo dicta sit, fluvium quoque, qui pluendo creverit, aquam esse pluviam, atque arceri debere.

<u>ut aqua pluvia ultimo genere ea est.</u> Sit aqua pluvia, ea quae deiecto de caelo imbri colligitur: huius species duplex est, alia enim aqua pluvia nocens est, alia non nocens. Nocentis quoque duplex species est, alia manu, alia vitio. Sed aqua pluvia manu nocens est, quae ita loco aliquo excipitur, ut inde profluens vicino noceat; si locus is non sit naturaliter talis, sed manu hominis excipiendae aquae fuerit apparatus. vitio vero, quotiens naturaliter ita se locus habet, ut excipere aquam possit et nocere. necesse est ad ultimo usque deducere, ut dicat aquae eius quam quis velit arceri, genus esse aquam pluviam: sed potest id quod inquirit genus paulo inferius invenire: ut huius aquae quam arceri desiderat, id genus esse dicat, quod est, aqua pluvia nocens. hoc enim arcere quis cogitur, quod manu fit noxium. Quod vero loci forma vel vitio, incommoditatis aliquid apportat, arcere non cogitur. Quod autem diximus, eius aquae, quam arceri oporteat, genus esse aquam pluviam manu nocentem: ita intelligendum est, si aqua quae arceri debet, plurima sub se habeat individua et similia: tunc demum enim eius aquae quae arceri debet, aqua pluvia manu nocens genus esse poterit. quod si aqua quae arceri debet, in nulla individua dividatur, ipsa est individua: nec eius genus est aqua pluvia nocens manu, sed species.

~~[illegible]~~ <u>Si tutor fidem praestare debet</u> etc. <u>si qui fiduciam</u> etc. Fiduciam accepit cuicunque res aliqua mancipatur, ut eam mancipanti remancipet, velut, si quis tem

tempus dubium timens, amico potentiori fundum mancipet, ut ei cum tempus quod suspectum est, praeterierit, reddat: hoc mancipatio fiduciaria nominatur: idcirco quod restituendi fides interponitur. — — — Regendorum finium arbitri esse dicuntur, qui finalia litigia discernunt: ut si fuerit de finibus orta contentio, eorum dirimatur arbitrio. Sed fines in agrorum tantum limitibus esse dicuntur: arbitri autem finium regundorum in civitate esse non possunt. Item arcendae aquae in agris tantum dici solet, ubi si ex aliquo loco aqua pluvia colligatur et defluens in campos, vicini pascua fragesve corrumpat, arbitri arcendae aquae a Magistratibus statuebantur. Quaeritur ergo, an in Urbe arcendae aquae arbitrum possimus adigere. Et argumentum capitur ex similitudine. Si regundorum finium, quia solius agri sunt, in Urbe arbitrum adigere non possis; ne aquae quidem arcendae, quia solorum esse videtur agrorum, in Urbe arbitrum adigere non possis: ~~ne aquae quidem arcendae~~

ut Crassus in Curiana causa. Quidam praegnantem uxorem relinquens, substituit heredem posthumum: eique etiam alium substituit secundum, qui Curius vocabatur, ea conditione, ut si posthumus, qui intra menses decem proximos nasceretur, ante moreretur, quam in suam tutelam pervenisset, id est ante obiret diem, quam testamentum iure facere posset, secundus heres succederet. quod si ad id tempus pervenisset, quo iam firmo iudicio in suam tutelam receptus, iure civili institutus posset herede fungi: secundus heres id est Curius, non succederet. quae vocatur substitutio pupillaris. quaesitum est an valeret ita instituta ratio. Crassus igitur plurima protulit exempla, quibus ita institutus heres obtinuisset hereditatem. cf. Cicero pro Caecina.

Neque mancipio aliquem dedisse id. Si quis rem non mancipi mancipaverit, num idcirco aut rem alienavit, aut se eo facto potuit obligasse? minime. Quod enim non iure contractum est, nihil retinet firmitatis.

Non quemadmodum quod mulieri debeas. Mulieres antiquitus perpetua tutela tenebantur: pupilli item sub tutoribus agunt. sed mulieribus si quid debitum fuisset, sine tutoris authoritate poterat solvi, pupillis vero minime.

Nam iacere telum Unde etiam machinamentum quoddam atque defensio in iurisperitorum responsionibus invenitur, hoc modo, Si telum manu fugit magis quam iecit. Nam si quis caedis accusetur, optima solet esse defensio, si alia non suppetit, fugisse manu telum, et magis quam voluisset, iecisse: ut non voluntati, quae condemnatur

in aliis, sed ignorantia factum excusatur.

Nam et adsunt multum, In his iudiciis in quibus additur, ut ex bona fide iudicent, id est, ubi ita iudices dantur, ut non strictas inter litigantes stipulationes, sed bonam fidem quaerant, plurimus causarum usus est; ~~additur~~, — In primisque in iudicio uxoriae rei uberrimus causarum tractatus est. Est autem iudicium uxoriae rei, quotiens post divortium de dote contentio est. Dos enim licet matrimonio a stante in bonis viri sit, est tamen in uxoris iure, et post divortium solut res uxoria peti potest. Quae quidem dos interdum his conditionibus dari solebant, Ut, si inter virum uxoremque divortium contigisset, quod melius aequius esset, apud virum remaneret: reliquum dotis restitueretur uxori, id est, ut quod ex dote iudicatum fuisset, melius aequius esse, ut apud virum maneret, id vir sibi retineret, quod vero non esset melius aequius apud virum manere, id uxor post divortium reciperet. In quo iudicio non tantum boni natura spectari solet, verum etiam comparatio bonorum fit: ut non tam quid bonum, sed quid melius aequiusque ~~sit~~ es id sequendum ~~est~~ sit; quae omnia ex praecedentibus causis investigari solent. N si viri culpa divortium factum est, aequius melius est nihil apud virum manere. Si mulieris est culpa; aequius melius est sextas retineri.

De Postliminio

Liv. lib. 10. Revocato ex tumultu

Ceterum non res omnes, quae in praeda essent veteribus dominis (ut quidem existimo) adsignabantur, sed illae tantum quae iure postliminii recuperari poterant, ut filii, naves longae atque onerariae ad belli usum comparatae, ut servi, equi, non item arma fr. 2. D. de Capt. et postl.

Fabr. Semestr. lib. II. p. 42.

De postliminio Desider. Heraldus in Observat. ad Jus Att. et R. I. c. 3. et 5. et 6.

Neque vindicta cf. Appian. B. Civil lib. 4. Persius Satyra V. Codex de lib. vind. fr. 1. D. de Obligat. et Act.

Compascuus ager. similia huic exemplo invenies in §. item Inst. de usuc. et habit. et §. cum autem Inst. quib. mod. ius p. p. solvatur.

Si ita Fabia Ut intelligas exemplum Ciceronis, ad hoc adverte: Uxorem esse genus, cuius speciem esse matremfam. et concubinam. Materf. est, quae in manum mariti convenit, hoc est, quae legitime marito nupta, in potestatem mariti tradita ~~est~~, et bonorum mariti socia exstitit. Ceterum concubina, quae ut hic inquit Cicero, usu tantum habetur, hoc est, loco uxoris alicuius habetur.

Argento legato cf. l. 2. Mutius §. Argento omni legato ff. de Auro et Argento legato. et Inst. §. Institiidur. de usufr. cf. l. Pomponius §. sed etsi his ff. de Procuratorib.

Divortium est a diversitate mentium dictum, quia in diversas partes eunt, qui distrahunt matrimonium l. divort. ff. de divort. et repud.

Ex Latomo

Lex Atia. Atia Sanctia nomen est legis, ab Authore. Assertor vindicem assiduum esse id est divitis assertorem divitem. Quoniam hac lege cautum erat, ne quis servum pecuniosum in libertatem adsereret, nisi ipse dives et pecuniosus esset: ne si tenuioribus id liceret, facile corrumperentur a servis, qui eos in libertatem vindicarent.

Usu. Usu uxor erat, quae tantum cohabitabat viro ad sobolem procreandam, neque ius successionis ab intestato habebat, quae et concubina vocabatur. !!!

Coemptione cf. Servius ad Virgil Georg. I.


Mulier quae se capit. non dim. Quod dicit mulier quae se capite non diminuit, intelligendam est, mulieres quondam sub perpetua tutela fuisse, qua tamen liberarentur, si per coemptionem in manum viri convenissent.

Nuntium remisit. pertinet exemplum ad actionem rei uxoriae — (res tuas tibi habeto cf. Gelius lib. 15. Lectionum antiquar.)

abalienatio. Illud ignorandum non est, duas duntaxat formas abalienationis fuisse apud veteres easque in iure et solennitate iuris positas, quae in omni dominio transferendo interponebantur: sed postea his sublatis certas ac simplices abalienationis species plures extitisse, ut per donat. vendit. permut. cessionem, ultimam voluntatem, quae etiam hodie sunt in usu.

ut si aquam plu. Exemplum fictum est. Non enim hoc modo aqua pluvia accipitur in iure, sed pro ea duntaxat, quae nocens est, quae sola arceri iubetur.

Si qui fiduciam acceperit. Fiduciam accipere, est eius rei in quam obligatus non sis, fidem promittere: ut si ita vendam tibi fundum nulla pactione interposita, ut post certum tempus eodem pretio mihi revendas: id tibi factum esse promiseris, fiduciam à me accepisti, quam ego tibi detuli. Sic si heredem te ita instituam, ut fratrem meum exulem alas, idque faciam solam fidem tuam secutus, diceris fiduciam a me accepisse. Ejusdem generis est, quod vulgo dicunt, in manus fideles tradere, quod in beneficiis transferendis fieri solet. NB! idem Hegendorphius ait.



Ex Goveano.

Quae in script. commotus. Non intelligebat Trebatius, quidnam Aristotelica illa inscriptio sibi vellet. Neque mirum videri debet, Jurisconsulto propria Dialecticorum verba fuisse ignota.

Ad Attic. v. epist. Octavo Idus.

ejusdem civitat. Non potest enim populus, nisi sua voluntate, obligari: ut Cicero pro Balbo.

ad res suas obtinend. Liberi in rebus positum esse ius civile universum Ulp. scribit. in conservando videlicet suo jure, aut minuendo aut novo acquirendo.

sensu meminit quoque Cicero pro Cecina. De Oratore I.mo

Non est liber At antiquissimis temporibus et inter amicos. Terent. in Adelphis Ipse eho accede huc ad me, liber esto.

lex Alia Sentia Lex quaedam fuit Aelia Sentia, ab Aelio et Sentio duobus consulibus (duae enim erant familiae Aeliorum et Sentiorum) sic appellata, cuius multa in nostro iure mentio. erat autem de dandis libertatibus. Haec autem lex quae nunc a Cicerone Alia vel Sentia appellatur lex est XII. tab. quemadmodum testatur Gellius. Quae lex cum ad servorum libertates nihil pertineat, dici non potest ea Alia Sentia, cuius in libris Jurecons. mentio fit. Existimo itaque verba haec; Alia Sentia, inducenda, et loco sic legendum, Cum lex assiduo assiduus et. ut intelligatur lex 12. tab. Legem enim eam dicimus 12. tab. dicimus. Sic enim paulo post Cicero in Topicis; Ut in lege aedes non appell. hic esse in lege 12. tab. Quam vetustiss. interpres fuit quidam Aelius Catus, quemadmod. in Legib. et in dialogis de Orat. testatur Cicero, quem hoc eodem loco non ut latorem legis, sed ut interpretem appellat. neque ego hoc tam commode cogitare potuissem, nisi Atemanus Ranconetus Senatorque suo demum librum mihi ostendisset manu scriptum, in quo haec erat latius, quam probans.

Argento legato Contrariam Ciceronianae opinionem Ulp. habet ff. de Auro et argento legato, qui ait: Cum aurum et argentum etc. Et aliquando post, an cui omne argentum etc.

Quod suum nomen. Suum pro eius, non semel a Cicerone dicitur: nisi malis suum nomen, naturale esse nomen: ut nummi argentei nomen naturale sit argentum: quod quidem amittit cum percussus est, tum enim nummus dicitur.

Si ea in manum etc. A definitione videtur, non a specie ductum argumentum. definitur enim materf. uxor quae in manum convenit: eaque definitio dicitur Tabiae non convenire, quoniam uxor tantum sit habitas. De m. fam. ff. Ulp. l. Pronunciatio e V. S. Id et Cicero de patre f. in Orat. pro Quinctio: Memini, inquit, vetus est, cura multo etc. quid genus matrimonii a Terentio in Andr. significatur. Tam, inquit, mihi in manum dat. etc. Quarum duo genera facere videtur Cicero in orat. pro Flacco his verbis Atenim Androni Sextilio (an c. 26?)

Quae tantummodo uxores etc. cf. π. de Ritu nupt. In liber et mulieris contradict. etc. Multum itaque interest inter concubinas et eas mulieres quae tantummodo habebantur uxores. Terent. in adelph. Postremo quando ego conscia mihi sum etc.

heres restituere non etc. Restituuntur autem collapsae aedes, reficiuntur quae vitium fecerunt. Quid reficere sit? cf. Ulp. l. 1. π. de Rivis.

Argentum quod suum esset. cf. Paulus in L. Si ita legatum π. de auro et arg. legat. Ulpian. in l. 2. Mut. e. t. Pompon. in l. scribit 2. Mut. e. t. ad heredem tamen etiam quae in nominib. sunt transeunt l. heres π. de Arg. lerad.

Non debet ea mulier etc. cf. Julianus in l. Quoties, de Usufr.

